

nem tantæ accentuum multitudinis habemus apertam. Si enim textus sacer non uno sed variis tonis legendus fuit, necesse erat ut varii & diversi adsint accentus, qui diversos tonos exprimant' Conf. Munsterus in expos Accentuum libello Eliano præmissa. Porro hoc etiam attendendum est, quod jubili Davidis in Deo exultantis iisdem accentibus sint adornati, quibus ejulatus ejus contantur, quod indicat, Psalms omnes secundum receptam Musicam sacram, iisdem tonis esse cantatos. Si accentus orationem pronunciationem tantum referunt, queritur merito, cur exclamations & interrogations non peculiaria signa habeant apud Hebræos, uti apud alias gentes. Rejectis itaque Judæorum ineptis modulationibus Vir Clar. existimat, accentus certam legendi rationem indicare, qualis hodie in nostris Ecclesiis servatur, cum pericopæ Evangelicæ & epistolicæ distincte populo prælegantur. Nostram enim pæricopas legendi rationem, originem ex judaica ecclesia trahere, iis non est obscurum, qui antiquitates Ecclesiasticas inquisiverunt. Hanc optimo jure Rheticam appellabis, quia voces conjungendas conjungit, & distingvendas distingvit. Sed præterea illa etiam est Musica, quia ad cantum deflectit, singulos enim versus iisdem tonis cantat. His rationibus alii eruditissimi Philologi & Theologi cominoti sunt, ut officium musicum afferant. Buxtorf. in Thesauro p. 33. Sennert. de Accent. Hebræor. §. 15. seqq. Beckius de Accent. Dec. Præf. Jablonski Præf. Bibl. §. 22. Lœsch. Cauf. Ling. Ebr. p. 358. Hiller. Instit. p. 72. Hanc suam sententiam proposuit Cl. Vir sine ulla Frankii mentione, ut firmiter persuasus sim, cum ne quidem de refutatione Diacriticæ ejus cogitassem. Tantum abest, ut vel ejus verba vel sententias adduxerit, multo minus ejus rationes examinaverit. Contentus fuit, se sententiam, quam de accentibus fovebat, explicuisse. Monstret ille vesanus, ubi Vir Cl. eum refutaverit. Sed hoc ægre ferebat, quod Cl. Vir aliam methodum accentus explicandi ostenderet, accentuumque doctrinam faciliorem redderet. Persuasus enim erat Franciscus Herculem suum ubique yictoriam esse reportatarum.

## §. VI.

Ex his fundamentis scripsérat Vir Cl. primarium h.e.universale & perpetuum accentuum officium non esse distingvere &